

Séquence 3, texte 1
Pétrone, Satiricon, paragraphes 27-28

[XXVII] Nos interim vestiti errare coepimus, immo jocari magis et circulis (ludentem) accedere, cum subito videmus senem calvum, tunica vestitum russea, inter pueros capillatos ludentem pila. Nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium, ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familiae, qui soleatus pila prasina exercebatur. Nec amplius eam
 5 repetebat quae terram contigerat, sed follem plenum habebat servus sufficiebatque ludentibus. Notavimus etiam res novas : nam duo spadones in diversa parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas quae inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas quae in terram decidebant. Cum has ergo miraremur lautitias, occurrit Menelaus : "Hic est, inquit, apud quem cubitum ponitis, et
 10 quidem jam principium cenae videtis. Et jam non loquebatur Menelaus cum Trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subjecit. Exonerata ille vesica aquam poposcit ad manus, digitosque paululum adpersos in capite pueri tersit. [XXVIII] Longum erat singula excipere. Itaque intravimus balneum, et sudore calfacti momento temporis ad frigidam eximus. **Jam Trimalchio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed
 15 palliis ex lana mollissima factis. Tres interim iatraliptae in conspectu ejus Falernum potabant, et cum plurimum rixantes effunderent, Trimalchio hoc suum propinasse dicebat. Hinc involutus cocchina gausapa lecticae impositus est praecedentibus phaleratis cursoribus quattuor et chiramaxio, in quo deliciae ejus vehebantur, puer vetulus, lippus, domino Trimalchione deformior. Cum ergo auferretur, ad caput ejus symphonicus cum minimis
 20 tibiis accessit et tanquam in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere cantavit.**

1-Traduisez le passage en gras par groupes de mots.

2-Faites le commentaire du texte.

3-Commentez la traduction du passage suivant :

Nos jam ad triclinium perveneramus, in cujus parte prima procurator rationes accipiebat. Et quod praecipue miratus sum, in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum navis aeneum finiebat, in quo erat scriptum :

Nous étions déjà arrivés à la salle à manger, dans l'antichambre de laquelle un intendant recevait des comptes. Ce qui m'étonna plus que tout ce furent les montants de sa porte : on y avait fixé des faisceaux et des haches dont le bas se terminait par une espèce d'éperon de bateau en bronze sur lequel était écrit :

Vocabulaire :

jam, adv. : déjà, à l'instant, désormais

unguentum, i, n. : parfum

perfuno, is, ere, fudi, fusum : inonder, arroser, répandre

tergeo, es, ere, tersi, tersum : essuyer, frictionner

linteum, i, n. : toile de lin

pallium, i, n. : manteau, grande couverture

ex, prép. + Abl. : de

lana, ae, f. : laine

mollis, e : doux

facio, is, ere, feci, factum : faire

tres, ium : trois

interim : pendant ce temps

iatralipta, ae, m : masseur

in conspectu : + génitif = sous les yeux de, devant

potio, as, are : boire

plurimus, a, um : la plus grande partie

rixor, aris, ari : se quereller, se disputer

effundo, is, ere, fudi, fusum : répandre

suus, a, um : adj. : son; pronom : le sien, le leur

propino, as, are : boire à la santé de qqn (ils buvaient *hoc* cela à sa santé *suum* salutem)

dico, is, ere, dixi, dictum : dire

hinc, adv. : ensuite, puis

involvo, is, ere, volui, volutum : envelopper

coctinus, a, um : écarlate

gausapa, ae, f : serviette, peignoir

lectica, ae, f. : la litière

impono, is, ere, sui, situm : placer

praecedo, is, ere, cessi, cessum : marcher devant, précéder

phaleratus, a, um : orné de phalères

cursor, oris, m. : coureur

quattuor, adj. num. : quatre

chiramaxium, ii, n : voiture à bras

deliciae, arum, f. pl. : amour

vehō, is, ere, vexi, vectum : transporter